Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Donec deus meus inter speratum saluum
me fac ex omnibus persequentibus me
et libera me. S. Lucam, xvi. ca.
Dixit dominus. Homo quidam erat diues.
et induebat purpura et bysso. et epulabat quotidie splendide.
Erat autem quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad
ianuam eius ulceribus plenus
cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis et
nemo illi dabat. Sed et ca
nes veniebant et lingebant ul
cera eius. Factum est autem ut
moreretur mendicus. et portaretur ab angelis in sinum abra
he. Mortuus est autem et diues.
et sepultus est in inferno. Et
leuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham a
longe et lazarum in sinu eius.
Et ipse clamans dixit. Pater
abraham miserere mihi. et mitte lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam ut re
frigeret linguam meam quia cru
cior in hac flamma. Et dixit
illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et
lazarus similiter mala. Nunc autem
hic consolatur tu vero cruciaris.
Et in his omnibus inter nos et
vos chaos magnum firmatum est
ut hi qui volunt hinc transire
ad nos non possint neque inde
huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum
patris mei. habeo enim quinque fratres
ut testetur illis ne et ipsi veniant
in locum hunc tormentorum. Et ait
illi abraham. Habent moysen et
prophetas audiant illos. At ille dixit.
Non pater abraham. sed si quis ex
mortuis ierit ad eos penitentiam
agent. Ait autem illi. Si moysen
et prophetas non audiunt. neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent.
Intende voce orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo
domine. Secr. Hostias tibi
domine tibi dicatas benignus assi
me. et ad perpetuum nobis tribue p
ficere sacrificium. Q. Postcom. dc. c.
Mirabitur que sit dominica abo octauas
pentecoste. usque ad adventum domini est di
cenda nisi occurrerit festum quod iscar
prima post octauas. Com. Narrabo omnia
mirabilia tua letabor et exultabo in te
psallam nomini tuo altissime. Oplmo.
Gaudens domine repleti muneribus
sacris. prestantes quesumus. ut et salutaria
dona capiamus et a tua nunquam
laudare cessemus. Q. Ite missa est. Ter
nanis diebus canitur officium dominicale.
Kyrie. fidelis Gloria in ex. non dicitur nec
Credo, Sanctus. et Agnus dei. et Sane
dicamus domino. fidelis. Postcom. iii. Ad colo
Eks. Mortifica ceiles. iii. c.
et membra vestra que sunt super